



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 9. Radians pro sole. Emendatus apud Ciceronem veteris poëtæ
versus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Nam parasitus octo munus hominum facile fungitur. Videtur autem Eubulum veterem comicum in mensa pro duobus aut pro tribus esse dixerat. Sed Plautus ut solet, modum excessit. Eubuli versus hi sunt apud Athenæum:

Εἰσὶν γὰρ ἡμῖν ἧστ' κεκλημένον δύο
 Ἐπὶ δειπνον ἄμαρτι, φιλοκράτης ἢ φιλοκέρτης.
 Ἐνα γὰρ ἐκείνον ὄντα, δύο λογίζομαι,
 Μᾶλλον ὃ πρῆξι.

sed Eubulus, ut mihi quidem videtur, urbanitas cum duos dixisset, unum Philocratem bis nominasse fecerit. Nam insulsi profectò, & illepidi fuerunt apud Athenæum in secundo horum versuum scripti, φιλοκέρτης ἢ φιλοκρήτης. corruerunt enim & urbanitatem dicti, & versus modum. Eodem asinus sale condit vetus quidam poeta distichon, quo quaedam cavenda ac fugienda complexus esset, huiusmodi Laodicenses nominavit. Id distichon in Syriacis epistolis legitur; sed non satis emendatè. Sic legendum videtur:

Ἀσπίδα, σφῦνον, ὄφιν ἢ λαδικίας ἀείφαρος,
 Καὶ κίβητα λυσώδην, ἢ πάλι λαδικίας.

Radians pro sole. Emendatus apud Ciceronem veteris poetæ versus.

CAPVT IX.

RADIANTEM veteres poetæ Latini inter cetera sine vlla adiectione vocabant solem. Et ita huius nomine vsus est Cicero in Arato:

Hoc motu radiantis, Oreste in vada ponti.
 neque enim dubium est, quin expresserit illud Aratum,

Ἡελὸς τὰ πρῶτα σωερχομένοιο λέοντι,
Τῆμος δὲ κλάδοντες ἐτάσσει δ' ῥέει δόντω
ἀπ' ὀφθαλμοῖσι ἐπιπίπτει.

Quo fit, ut in versibus vetusti poetae, qui citantur li-
bro tertio De oratore,

Vive Vlixes, dum licet.

Oculis postremum lumen radiatum rape:

non dubitem, quin melius omnino sit, quod in vete-
re libro meo legitur,

Oculis postremum lumen radiantis rape.

Cur Iuno apud Homerum Vulcano blandiens, claudum
eum vocet. CAP. X.

Q V A R I T. P. VICTORIUS libro XXIIX. Variarum
lectionum, quo consilio Iuno apud Homerum
Vulcano blandiens, verita tamen non sit eum κλυτο-
νόμου vocare: idque eò factum ait, quòd cùm vi-
tium pedum ipsius apertum esset, neque vlllo modo
tegi posset, nullo verbo magis eum mater ostendere
potuit, quàm si inde ipsum vocasset. id autem fecisse
ἰστοροῦσι κλυτόνω, ut ostenderet eum à se valdè amari.

Quae fortassis vera sunt. Sed Plutarchus, grauis in-
primis & idoneus auctor, aliam huius rei causam ad-
fert, nihilo, ut ego quidem arbitror, deteriore. Ait
enim, voluisse summum ac sapientissimum poëtam
ostendere, neque bona neque mala corporis talia esse,
ut aut ad laudem, aut ad vituperationem cuiusquam
valdè pertineant. Itaque apud eum etiam qui aliquem
oburgant, ac reprehendunt, eo tamen ipso tempore
commendare ipsius formam, si bona est, non veren-
tur. Ut Hector Paridi conuictum faciens,

Δύπταε, εἶδ' ὄψεαι, γυναιμανὲς ἠπυροποδία.
& ipsi Hectori Glaucus,

T 4

Ἑκτορ

Micretti
Lectiones
LII
25